Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

1202, obiit statim sequenti die post electionem. Hanc quoque Magister Chron. Canalh. 15. Eckenbertus alias Erymbertus Stephani Hungarorum Regis frater, filius Bertholdi, Meranorum Ducis, et domina Agnetis, quæ filia fuit Dedonis Comitis in Hochliz et Marchionis Istriæ, eligitur in antistitem Bambergensem anno salutis 1203. Præfuit Landabldi annis triginta duobus. De reliquis sermo redibit inferius.

Filias Bertholdi Arnpeckius et Aventinus tres enumerant, Agnetem, Gertrudem, Hedwigem; quartam Mathildem addunt Bruschius, Brunner, Burglehner, et cetera quintam Jutam non improbabili conjectura addendam censet Koschmannus. De Agnete vide supra fold. 32. De Gertrude vide infra fold. 58. Mathildem fuisse Abbatissam Kitzingensem in Kitzing, testatur Calendarium Diessense apud Hundium Stemmat. Bav. et anno 1257 mense Decembri defunctam. De S. Hedwige ~~ex vita ejusdem, apud Surium ad XV Octobris ex caeteris, quae magis videntur memoranda~~ vide infra fold. 113.

~~Hedwigis iam in cælis beata, in terris spiritu illustrata. -- Fuitantem filia magnifici Principis Bertholdi Marchionis Moraviæ (corrige Marchionis Istriæ, Ducis Meraniæ) Comitis Tyrolensis (scilicet ejus regionis, quæ paulo post Comitatus Tirolensis appellatus est). Matre habuit Agnetem, non minori generis dignitate illustrem utpote filiam eiusdem Marchionis et Comitissæ de Hochlitz (Hochliz)~~

39) De Jutta Koschmannus Dissert. de orig. Fundat. Stamf. p. II, c. 2 sic disserit: Juttam quidem, Meraniæ Ducissam sibi matrimonio junxisse Albertum nostrum (Teriolensem) Hundius, Brandisius, Burglehnerus cum Marco Henninge in Jconibus Tyrolensium Principum Comitum, imo omnes, quos vidi, affirmant. Hundius tamen, cujus filia fuerit, se ignorare in genealogia Comitum Andecensium fatetur, neque Kolerus in Tabula Ducum Meraniæ Genealogia illi locum fecit, recentissimus tamen Tabularum Genealogicarum author Hübnerus in hoc ipso Ducum Meraniæ semma filiam Bertholdi IV. facit, cujus equidem asserti, ut alijs, sic et hi nullam rationem addit. mihi tamen ista improbabile omnino ~~non~~ haud videtur; Burglehnerus enim noster, etsi cujus filia fuerit Jutta, se nescire profitetur, post Ottonis tamen II. Meraniæ Ducis obitum in bona illius mortem vacantia successisse Albertum nostrum jure sanguinis et. Albertus Stemmat. Princ. Austriæ quidem, etsi sine documento, ponit: Albertus Comes Tirolis 1229. moritur 1254. Uxor Jutta filia Bertholdi 4i Ducis Meraniæ. Caterum Jutam fuisse Bertholdi ~~Ducis Meraniæ~~ suadet hoc etiam et

Meichelbeckius Chron. Bur. an. p. I, c. 18. Ea denique, quæ intra aqves ad Denum et Athesin sita erant, obtinuit Albertus Comes Tyrolis uxoris nomine, quippe qui Juttam, Ottonis I. seu senioris, Ducis Meraniæ sororem matrimonio sibi sociaverat. Sane cum Albertus iste titulum Ducis Meraniæ sibi non arrogant, cessavit deinceps nomen Ducatus Meraniæ, ejusque dominia cum Comitatu Tyrolis coalvere.